

1659/11
89
13
4
VIII
DISSERTATIO JURIDICA

DE

INFAMIA ET EJUS IRROGANDI MODIS,

Quam

Divina auxiliante gratiâ,

Consentiente & approbante Magnifico ac Nobilissimo
Jctorum in illustri Academia Salana Collegio,

SUB PRÆSIDIO

VIRI NOBILISSIMI, AMPLISSIMI
ET CONSULTISSIMI

DN. WOLFGANG-ANDREÆ

Keyhers / Cygnea-Misnici, J. U. Doctoris & Reipu-
blicæ Patriæ Senatoris Primarii.

Publicæ placidæque disquisitioni subjicit

CHRISTIANUS Schlotthauer ISLEB.

In Auditorio Jctorum

*add. Julii Anno 1659.
horis consuetis.*

J E N A.

Literis SAMUELIS KREBSII.

A.
Sci-
sita
rum
e eū
per-
un-
quas
unt,
sci-
rme
mas
iora
ani-
kem-
gent
actu
sine
Gra-
iam,
adfe-
rina
mni-
quæ
reli-
ma-
uturi
uxe-
it. IX
Clap-
irico,
poli-
di-

DISSELTATIO JURIDICA

DE

INFAMIA ET EJUS
IRROGANDI MODIS

Quam

Divina excellentia gratia

Consentiente & approbante Magnifico & Nobilissimo

Academico in illius Urbis & Scholae Collegio

Sub Praeside

Viri Nobilissimi, AMPLISSIMI

ET CONSULTISSIMI

DN. WOLFGANG ANDREAE

Magistri Civicae Scholae Illustri J. U. Doctoris & Rectoris

Publicae Praesidis Secretoris Praesidis

Publicae Praesidis Praesidis Praesidis

CHRISTIANUS & CAMPANUS

In Auditorio Scholae

Abd. Publico Anno 1779

habeat confirmat.

J. E. W. G.

Lucius SAMUELIS KRASSER

de

des

de

per

pra

ma

ff.

qu

ut

ptiv

sunt

mon

priv


dem

qual

di

prin





Anne DEUS!

Multi præfatur multa & plurimi materiam, quam tractant, utilem, subtilem & jucundam dicunt. Nos in prælimine verborum, ut faciamus compendium ad notationem nominis Infamiae illicò descendimus.

Infamia, quæ & ignominia audit Ulpiano, in l. 2. ff. de his qui not. dicitur à particula in, quæ privativa, & fama perinde ac injuria l. 1. ff. de injur. infamis quasi sine famâ præditus & famâ privatus. l. 1. C. ex quib. caus. infam. Sed manifestè Treutlerus Vol. 1. Disp. 8. §. 4. lit. a Wesenbec in c. 2. ff. hic. n. 2. hanc etymologiam pro definitione agnoscunt, quibus tamen dicam scribit Bachov. ad Treutl. d. loc. & sanè ut videtur non sine ratione. Quemadmodum tenim captivitas, revocatio & venundatio privationes libertatis sunt, non ipsa servitus, quæ signum quoddam est, quod monstrat, hominem per modum aliquem libertate esse privatum; ita etiam modi infamiam irrogandi dici equidem possunt privationes famæ; sed non ipsa infamia, quæ qualitas est seu nota, qua ostenditur aliquem per irrogandi modum fama privatum esse.

L. POSIT. L. Definitio.

2.

3.

Proindè promptius definiveris Infamiam: Læsa dignitatis statum per jus criminoso illatum.

Postquàm enim natura quæ nihil sinistri producit à primordio mundi omnibus unam, eamque integram indiderat

A 2

diderat



diderat habitualem qualitatem, ita ut suo pte ingenio ubique peterentur, honesta & ad regulam divinae mentis congruentia. *Tacit. 3. Annal. p. m. 72.* impossibile erat per animi notam hominem ab homine discernere *l. 32. ff. de Reg. Jur.* At ex quo mortales horribili diroque lapsu deficere, à puritate illa desciscere & in pessimum quodque ruere nitebantur, ex eo caput eorum conditio mutari, potissimum, quorum probra usquequaque innotescebant, adeò ut sat lata hinc Juri Gentium daretur occasio, ab illis, quibus primogeniam qualitatem per virtutes conservare libido erat, separare infames homines in dignitate laesos *l. pen. ff. de variis & extraord. cogn. id est, existimatione.*

6. Quod ideò †adjecimus, ne publica hominis conditio cum
7. privata confunderetur. Nam ubi †privatus in libertate, civitate & familia spectandus amittitur status, existimatio hominis aut omninò consumitur, ut si ex libero fiat servus, vel ex cive peregrinus, aut omninò non læditur, ut si ex patrefamilias fiat filiusfamilias, vel viceversa, & infamia non dicitur. *dissent. Arumæus. Vol. 3. disc. jur. publ. 24. §. 162. & seqq.* sed capitis diminutio *l. fin. ff. de capit. dimin.*

POSIT. II.
Infamans.

1. Animadvertit inde Doctorum Schola communis causam †illius status improbatum remotam aliam esse, aliam proximam. Illam jus Gentium dicunt, hanc positivum, & quod ab hoc probatur judicium hominum cordatorum. Quod ipsum nobis cum communi placet, existimantibus contritam illam infamiae divisionem juris & facti, quæ ex duplicata hac causa resultat suo fundamento non carere, utut alii †in hanc opinionem admodum invehantur, qui urgent nusquam in jure ita inveniri divisum & cuiquam fas non esse, quicquam de suis legibus addere, vel juri adfingere, secundum illud *Zasii Consil. 10. n. 35. vol. 1.* quibus reponimus (1.) satis esse, si ex ipso jure appareat, aliam
- 2.

aliam esse & majorem infamiam, quæ à jure, aliam & minore, quæ facto hominum irrogatur (2.) Zafii dictum verum esse, si legi aliquid præter eius sententiam & voluntatem addatur, *arg. l. 6 ff. de V. S. l. 5. C. de LL.* addidamentum autem hoc non esse præter legis mentem confictum ab interpretibus; sed ex legis sententia productum, patebit ex iis, quæ de infamia facti infra dicemus. Infamia juris, † utpote à potiore causa efficiente originem trahens, & 3. tanquam prius distinctionis membrum prius venit perseguenda. Ea appellatur † juris ad oppositionem infamiae 4. facti, non quasi illa meritò & de jure hæc de facto irrogetur; sed quia illa speciali jure nititur, quo hæc destituitur, aut si mavis cum Frehero, quia illa multos juris parit effectus, quorum aliquos hæc producere non valet. Definitur, † quod sit nota sinistrae existimationis autoritate juris 5. turpe factum exprimentis adspersa.

Jus autem † (per quod intelligo edictum perpetuum & constitutiones Imperiales) promiscue non facta quæcunque turpia notat; Sed certa quædam *arg. rubr. C. ex quib. caus. infam. eaque potissimum, quæ matrem habent dolum l. 13. §. fin. ff. de his, qui not. l. pen. ibi: delicto deminuitur ff. de var. & extraord. cogn. l. 8. ff. de accusat. l. 13. §. missionum. ff. de re milit. qui † calliditas est, fallacia & machinatio ad de-* 2. *cipiendum & fraudandum alteri adhibita l. 1. §. 2. ff. de dolo malo.* Ut in proclivi sit, qualia † subjecta hoc scandali 3. pallio, infamia, prorsus non amiciuntur, videlicet, quæ dolo & perfecto consilio destituuntur, quem defectum † 4. omninò causatur vel nimis tenera ætas, qualem agunt infantes, homines recenter nati *l. 15. ff. de stat. hom. ad usque septennium sic dicti l. 14. ff. de sponsalib. Beroald. in Sveton. Tranq. de vita Cesar. Tiberii pag. mibi 121. non obst. l. 41. §. ult. ff. de legat. 3. & infantia proximi §. 9. Inst. de inutil. stip. §. pen.*

I. POSIT. III
Causa Impulsiva

A 3

Inst



Inst. de oblig. qua ex delict. à septennio completo usque ad
annum decimum & dimidiatum appellandi, *juxta tradita*
5. *Donelli ad l. 117. ff. de V. O. vel morbus, † furor & dementia*
6. *l. 3. ff. de injur. l. 40. ff. de Reg. Jur.* non ætas † nimis pro-
velta, nisi faciat senes repuerascere & in cunis vagire.
7. *l. 3. §. 7. ff. ad SCtum Syllanianum.* Dolo † opponitur
culpa pressè accepta, quæ est destinata animi mali-
tia carens negligentia, quâ interveniente alterius re-
bus contingit læsio, quæ tamen per diligentiam homi-
nis potuisset præcareri. *Sutholt. dissert. 13. apb. 37.* cujus
8. † communiter tres species sive gradus constituuntur,
quorum tamen nullus ad producendum turpe factum in-
famiâ notandum ex se sufficiens est. *l. fin. C. de suspect. tu-
tor. l. 39. §. fin. ff. de procurat. l. 6. §. ff. fin. de his, qui not. quic-*
9. quid † alii pro lata culpa limites inconsultæ facilitatis ex-
cedente disputent, quam dicunt dolum repræsentare *l. 1.*
§. 1. ff. si mensor. fals. mod. dix. & dolo proximam esse. l. 1.
§. 1. ff. si is, qui in test. lib. Non obscure videntur Jcti di-
ctis locis respexisse tantum ad causas civiles ubi de eo,
quod cujusque interest, & criminales ubi de pœna pecu-
niaria reo irroganda agitur, ut excipiantur capitales *l. 7.*
ad l. Cornel. de Siccar. quibus similis est causæ infamia. *l. 8.*
§. 2. ff. quod metus, caus. Accurs. in l. in actionibus ff. de in lit.
jur. Addimus ea quæ infra de actione legis Aquiliæ & de
dolo dicturi sumus & inde *ad l. fin. C. arbitr. tutel.* ubi fa-
mæ macula inuritur tutori propter latam negligentiam,
inventarium non conficienti, respondemus: concurrere
eo casu odium male administrantium cum favore sub tu-
tela constitutorum, quod odium propter magnitudinem
gratiæ, quam in jure pupilli merentur contra regulam
10. *c. odia. de R. I. in 6to.* venit ampliandum. Alii † distinguunt
cum *Treutl. Vol. 2. Disp. 9. §. 4. lit. G.* utrum ex facto irro-
getur

getur infamia, an ex sententia, ut priori casu etiam lata culpa sufficiat *l. 8. l. 11. §. 4. ff. de his, qui not. l. 6. C. de censib.* sed id placere non potest, quod in iis duntaxat admittendum, ubi lex specialiter culpam quoque notat. *Wesemb. in w. ff. hic n. 4. Coras. miscell. jur. lib. 4. c. 12. & c. 17.* Oportet t̄ deinde dolum esse proprium. *l. 8. ff. de accus.* Ob alienum *11.* quis infamiae mulctam non subit *l. 6. §. 2. ff. de his, qui not.* Nam si subiret, delicta etiam eos tenerent, qui illius auctores non fuerunt, contra *l. 20. l. 26. ff. de p̄en. l. sancimus C. eod. & infamis fieret, qui non peccasset. contra l. 7. pr. ff. quod met. caus.* Unde sanioribus t̄ Romanis atroc̄ & perniciosum exemplum imò factum hominum invidia & indignatione Deorum dignum videbatur cum Cassio tyrannidis crimine damnato, tollere etiam ipsius liberos quin potius ex Scto iis permittebatur in patria vivere absque omni periculo sine ulla infamia. *Dion. Halic. Antiq. Rom. lib. 8. n. 92.* Quem morem t̄ nostra tempora antiquarunt, *13.* quibus reorum criminis laesae majestatis liberi paternae ignominiae participes fiunt, colore quaesito, quod credantur cum parentibus communicasse consilia *l. 5. §. 1. C. ad l. Jul. Majest. A. B. tit. 24. Bachov. Vol. 2. D. 32. in Treutt. §. 1. lit. K.*

Hac t̄ de causis, quas sequuntur modi, quibus irrogatio à jure in subjectum transfertur. Et videlicet dolum producit aut tale inhonestum factum à jure notatum, quod notorium t̄ & actu permanens, ita ut nulla tergiversatione celari, vel colore palliari queat, & lex auctorem ipso jure protinus propter illud factum immediate sine omni cognitione notat. *l. 13. §. 4. ff. de his, qui not. l. 43. §. 12. in fin. ff. de R. Nupt. l. 8. C. ex quib. caus. aut t̄ non notorium, sed tale, quod potest aliqua excusatione defendi. (manifestum vocatur. Alciat. ad l. palam. 33. n. 2. & seqq. de V. S.)*

1. Posit. IV.
Forma Irrogationis

2.

3.



V.S.) & ab eadem lege per sententiam declaratoriam judicis, quem in sui societatem adsciscit, reus condemnatur & ita infamis redditur. *d. l. 43. §. 12. in pr. l. 7. ibi: infamiam condemnato importat. de publ. judic.* Ille modus ipso jure & delinquentis facto fieri dicitur. Hic facto judicis.

Post. V.
Irrogan-
tur im-
mediate
lascivi.

1. Immediate irrogatur infamia propter notorietatem trium illicitorum factorum. Quorum primum est concubitus vagus lascivusq;, qui notatur (1) in sui juris vidua *l. 242. ff. de V. S. ubi Gadd.* (vocabulo strictè accepto, †
2. ut excludatur virgo † desponsata, tum, quia in eo superfœdatio non metuenda, tum quia talis reverentia & honor sponso non præstanda in cujus jura sponsa plenè nondum transit.) alteri intra tempus luctus nubente. *l. 15. C. ex quib. caus. l. 2. C. de sec. nupt. Land R. lib. 1. art. 8. vers. mulier per injur. Dn. Carpz. p. 4. c. 51. def. 10.* Equidem nuptiæ
3. † secundæ in genere à jure minus sunt prohibitæ nec illegitimæ *Novell. 38. c. 1. ubi Rittersb.* primis tamen † propter præsumptionem impudicitix. *l. 3. ibi: ad nuptias non pervenerit; sed intactam servet pudicitiam. C. quand. mulier tut. off. Novell. 98. pr. ibi: siquidem pudicitiam servaverit. Val. Max. lib. 4. c. 3.* quodammodo indigniores & respectu liberorum prioris matrimonii odiosæ habentur. *Novell. 22. c. 40. §. 43.* quid † igitur in specie de nimis immaturis non dicendum, ubi non tantum prioris matrimonii liberi negliguntur; sed etiam DEUS & defuncti memoria. *d. Novell. 22. cap. 40. vers. nos autem.* Discriminamus se-
4. xum, & viro jure Civili † (secus Saxonico, *Ord. Mart. punct. 4. §. was endlich Witber und Witben anbelanget. vid. Dn. Carpz. lib. 2. Jur. Constit. tit. 9. defn. 160. n. 4.*) potestatem facimus protinus post mortem conjugis ad secunda vota effectualiter transeundi *l. 18. ff. de his, qui not.*
5. *l. 9. C. de Repud.* non quia † à virilis animi dignitate, constantia

stantia & fortitudine, quæ viros decent, alienum sit ut lu-
geant, quod somnium fuit Antonii Fabri; sed quia in iis 8.
ratio prohibitionis cessat, quam in mulieribus tantum re-
perire videmus. Hoc t̄ tempus luctus præcisè & ad amul- 9.
sim observare necesse habent, quod tempus t̄olim erant 10.
decem menses, definiente primum Numa Pompilio Ro-
manorum Rege secundo. Sed hodie t̄ à tempore Theo- 11.
dosii duodecim. *d. l. 2. C. de secund. nupt.* sive totus annus
vid. Dion. Halic. Antiq. Rom. lib. 8. n. 71. & lib. 5. n. 47. in fin.
& quidem t̄ continuus, qui etiam ignoranti cedit. *l. 8. ff. de 12.*
bis, qui not. idque ut eò magis imbecillitati earum consu-
latur, quicquid de unitate carnis crepet *Bardus in tr. de*
temp. util. & contin. quasi ea propter conjunx conjugis mor-
tem statim scire præsumatur. Ratio t̄ autem illa, cur intra 13.
id tempus in iisdem laribus manere coguntur, est, ne tur-
bationi sanguinis & exinde fluenti incertitudini genera-
tionis & prolis locus detur. *l. 53. §. 3. C. de Episcop. & Cler.*
l. 11. §. 1. ff. de bis, qui not. nec quicquam reverentiæ mari-
tali detrahatur. *d. Nov. 22. c. 40. adde Epistol. Pauli ad Timoth.*
c. 5. vers. 12. Urgebis: t̄ hæc quæ diximus fortean indistin- 14.
cte non procedere, cum accidere soleat post mortem ma-
riti uxores interdum non esse gravidas, ut si per annum
vel longius tempus maritus abfuerit, aut morbum son-
ticum habuerit. *l. 6. ff. de bis, qui sunt sui.* aut mulier
plane sterilis fuerit. Dicimus non remoto uno obstaculo
illicò & alterum removeri. *arg. §. affinitatis. Inst. de Nupt.*
quandoquidem hoc in casu non minor habetur ratio re-
verentiæ & fidei, quàm turbationis sanguinis. *l. 6. ff. de Rit.*
Nupt. Novel. 39. §. ult. Confer d. Ord. Matr. Sax. de anno 1624.
p. 5. §. Was endlich. vers. Wann dann solches der Erbarkeit
und natürlichen Pfliche zu wider: poterit t̄ tamen mulier 15.
alio remedio uti, & à Senatu vel principe veniam petere.
B *l. 10. ff.*

ju-
na-
mi-
jure
eta-
n est
s vi-
o, t̄
per-
ho-
non-
s. C.
mu-
ptia
ille-
pter
erve-
r tut.
Val.
ectu
orvell.
turis
libe-
ria.
is se-
Mart.
nges.
4.)
ad se-
i not.
con-
antia



l. 10. ff. de his, qui not. d. Ord. Matr. ibi: *Es geschehe denn
mit unserer gnädigen dispensation und sonderbahren Bes
willigung.* Excipe casum, ubi non gravida virum habuit,
qui more majorum lugendus non est, in quorum numero
qui sunt *vid. l. 11. §. 3. d. t.* ubi ejusdem farinae homines
longâ serie enumerantur, adde *Novell. 22. c. 44. Et ibi Cujac.*
16. Sane † Jure Canonico hoc esse immutatum & pœnas festi
nantia sublatas, scimus *ex cap. pen. Et ult. x. de secund. nupt.*
17. *item can. Euphemium. c. 2. q. 3.* quo jure nescimus, cum † non
sit penes Pontifices leges civiles corrigere. *Luc. 12. vers. 14.*
arg. l. 1. l. fin. C. de Legib. quocirca in his sacros Canones nos
imitari eorumque partes sequi posse, non adeò tutum vi
detur, quicquid svadeant dictis locis Innocentius III. &
Urbanus III. qui textu illo *1. Corinth. 7. vers. 39.* quo ad sta
biliendam opinionem utuntur, abutuntur. *Bachov. ad
Trentl. Vol. 1. D. 8. §. 5. lit. b. Dn. Carpz. d. loc. def. 159. n. 11.*
ex celeberrimo Theologo D. Job. Gerhardo. in loco de conjug. §.
18. *199.* Secundas † quippe nuptias probat Paulus, sed tamen
ideo luctum & tempus ad illum destinatum non impro
19. bat. Non obstante † textus ejusdem generalitate & quod
jus civile non possit pœnam imponere circa matrimoni
um contra Apostolum. Opponimus enim primò, si nihil
aliud verba Apostoli subsequenter etiam ad instar præce
dentium generalia & indistinctè posita: nubat cui velit.
Quid ergo & patri, ergo & fratri? Alterò. Nos quod tue
mur contra Apostolum non tueri; sed pro eo adversus il
los, qui nec Apostoli mentem (ut maximè sibi videantur
familiarissimos Paulo & Petro esse, qui parum boni Petri
habent, *Dn. Carpzov. ad l. Reg. Germ. c. 2. sect. 6. n. 30.*) nec
jus Civile & ejus æquitatem satis intelligunt. Sciant enim
vestrae Sanctitates (præfamur cum Philippo Gallia & Atta
baliba Indiarum Rege) de facto Paulum loqui, non de
facti

facti qualitate, de matrimonio, non de nimia festinatione illud ineundi. Et hæc quidem de Nuptiis veriora habentur. Diversum † plane est iudicium de Sponsalibus & 20. viduis ea celebrantibus. *l. 10. §. 1. ff. de his, qui not. non obst. l. 15. ff. de Sponsal. l. 6. §. 1. ff. de gradib. l. 13. §. 3. ad L. Jul. de adult. l. 5. C. de bon. qua liber.* Sponsa † enim, uti particeps non fit ante cohabitationem iurium mariti *Novell. 22. c. 36. Land R. lib. 1. art. 45. vers. Das Weib. ubi Gl. in verb. ein tegliches Weib.* ita privilegia, quæ ante sponsalia habet, per sponsalia non amittit. *l. 8. ff. de Senat. l. 10. C. de Nupt. l. 22. §. 1. ff. ad municip. l. 11. C. de incol. l. 1. & l. 13. C. de dignit. l. fin. C. de bon. matern. l. fin. C. de privil. l. 3. & 7. C. de Murileg. ubi Excell. Dn. Brunnemann. Patronus noster venerandus in suis prælect. publ. vid. etiam Magnif. Dn. Carpzov. lib. 6. tit. 10. Resp. 100. n. 11. & seqq. Berlich. part. 1. c. 50. n. 94.* Nec distinguimus inter † sponsalia de præsentis & de futuro ex *c. 22. c. 31. c. fin. x. de spons.* nam & illis vires ad quavis porrigendæ non suppetunt, nec pro matrimonio habentur, nisi quoad vinculum conjugale, quale sanè ad infamandum viduam non sufficit, cum ibi nuptiæ cum effectu requirantur & tales quæ perfectione secunda & essentiali consecutivo non destituuntur, prout quandoque propriè accipiuntur ut *in l. 24. ff. de Nupt. & apud Petron. in Satyr.* Illa nocte qua nuptias fecerunt. *diff. Ant. Faber.*

(2.) In bina † sponsalia, binasve nuptias eodem tempore contrahentibus. *l. 1. l. 13. ff. de his, qui not. l. 18. C. ad Leg. Jul. de adult. l. 2. C. de incest. nupt. cujuscunque † sint sexus, d. l. 13. §. 3. & 4.* ut necesse † non sit casum excludere, ubi Polygamia inter marem & binas foeminas celebrata, quippe quæ juri naturæ contrariari non videatur. *vid. Excell. Dn. D. Struven Exercit. ad w. 23. §. 18.* etenim jus non duntaxat hic quid natura; sed & quid fides (quæ Ciceroni

B 2 est

dem
Des
ouit,
hero
ines
ujac.
festi-
nupt.
non
f. 14.
s nos
n vi-
II. &
d sta-
v. ad
n. 11.
ug. §.
men
pro-
quod
noni-
nihil
rece-
velit.
l tue-
sus il-
antur
Petri
) nec
enim
Atta-
on de
facti



est res sanctissima) pati possit attendit, quæ cum ab utraque parte manifestè rumpatur, omninò infamiam mereri debet *l. 6. §. 8. d. t. Grævar. in Horol. princip. lib. 2. c. 4.*

26. (3.) In Adulterio † stuproque ultro perpetrato deprehensis *l. 31. C. ad L. Juliam. de adult. l. 43. §. 1. de Rit.*

27. *nupt. l. 42. ff. de Verb. Sign.* Ubi † itidem diversitatem sexus † (quam tamen defendunt Freutl. Ant. Faber. Schneidvv. & Freher) non facimus. Utrum deprehensa persona

28. mäs fuerit, an vetò foemina. Enimverò † ex *l. 2. §. 3. ff. de his, qui not.* ubi duntaxat damnatum infamem effici asseritur,

id satis probari posse, verò absimile est. Philosophorum regula est: Unum inclusum, nisi evidens eorum appareat diversitatis ratio, hoc non importare, ut dicamus alterum

29. esse exclusum. Ajunt, † in foemina propter sobolis incertitudinem & partus suppositionem majorem castitatem requiri. *Gloss. in l. palam. §. quæ in adulterio. ff. de R. N. Gædd.*

ad l. 101. ff. de V. S. n. 4. gravius atque magis odiosum, in eâ esse adulterium *arg. l. 1. C. de mul. qua sero. propr. l. ult. C. comun. de manum. Magnif. Dn. Carpzov. p. 4. c. 20.*

def. 13. eaque propter gravius atque citius vindicandum.

Esto! sed hac ratione admilla confieret, ut necesse haberemus, pro certò statuere, delicta ita non turpia aliter famosa non esse, nisi accedente judicis facto, sententia videlicet declaratoria, quod tamen renuit exemplum in foenus exercentibus & in scenam arenamve descendentibus,

qui tametsi delicta leviora perpetrent, propter notorietatem tamen statim ipso jure infamantur. Notanter † autem supra dictum, ex adulterio stuproque ultro perpetratis tanquam ex igne fumum infamiam sua sponte surgere, ut excludantur personæ, quæ sine mentis voluntate ad talia committenda vi notabili compulsæ fuerunt *l. 1. §. 5. ff. de postul. l. 20. C. ad L. Jul. de adult. arg. l. 13. §. si quis. ff. eod.*

30. *de postul. l. 20. C. ad L. Jul. de adult. arg. l. 13. §. si quis. ff. eod.*

de postul. l. 20. C. ad L. Jul. de adult. arg. l. 13. §. si quis. ff. eod.

de postul. l. 20. C. ad L. Jul. de adult. arg. l. 13. §. si quis. ff. eod.

Menoeb

Menoch. de arbitr. jud. lib. 2. cent. 4. cas. 328. cum non putandum sit, solum factum infamia notari, sed illud ex calliditate natum, quæ mater quia hic non est, quomodo ibi potest esse filia? Quod principium si secuta esset Lucretia, per Sextum Tarquini Superbi filium natu maximum unius noctis tyrannidem passa, non habuisset necesse ex eo mortem vitæ præponere, aut pudicitiam per vim spoliata pro pollutâ æstimare. *Dion. Halic. Antiq. Rom. lib. 4. n. 86. confer quæ diximus supra pos. 3. n. 1. Et seqq.* Pertinent tunc meretrices & prostibulæ, propudia urbis & noxæ, *l. 1. l. 4. ff. de his, qui not. l. 41. l. 43. §. 1. de Ritu Nupt.* omnesque ii qui talibus vagis libidinibus adjumento sunt & manum porrigunt. *l. 37. §. ult. ibi: aut domum præbuerit. ff. de minor. Novel. 14. §. præconizamus. vers. si quis autem patiatur. ut ecce parentes filiam viduam intra annum luctus elocantes. l. 1. l. 11. §. 4. l. 12. l. 13. ff. de his, qui not. ejusve nomine bina sponsalia, binasve nuptias constituentes, Lenones, balliones, quorum nomine interdum veniunt caupones, & stabularii, mancipia quæstuararia habentes. l. 4. §. 3. ff. de his qui not. d. l. 43. §. 6. ff. de Rit. Nupt.* Nec maritum tunc excipimus aut sponsum, etiam eos, qui stupratos ab aliis pro conjugibus retinent. *l. 2. §. 2. l. 29. ff. ad L. Jul. de adult. l. crimen. C. eod. cui tamen Magnif. Dn. Carpz. in Jurispr. Consist. lib. 2. tit. 9. 34. def. 195. n. 11. Et Jurispr. For. p. 4. c. 29. def. 2. per Novell. 117. c. 8. Et Auth. sed novo jure C. ad L. Jul. de adult. derogatum esse scribit, adeo ut quis meretricem ab alio imprægnatam ducendo non tantum non peccet; sed etiam egregium pietatis officium exercent. c. inter opera. 20. de sponsal. c. integras. §. 32. quest. 1. adde Excell. Dn. D. Struv. Exerc. ad. 5. b. 9. Sed tunc & servus immunis esse non potest. d. l. 4. §. 4. 35. ff. de his, qui not. quoad quem, si excipias, eum uti nec fama, ita nec infamiae capacem esse. vid. pos. 1. n. 7. Repe-*

B 3

timus



timus: tamdiu labe in hanc quiescere, donec libertate tali seruo ordinario donata, ea iterum possit reviviscere. Mi-
 36. raberis † forsan, præfatos lenones naufragium pati existimationis & non pati illud Romanos Pontifices, in urbe Sanctæ Sedis publica foventes Lupanaria. Weil sie viel Milch in se eintragen. *Magnif. Dn. Carpz. de L. Reg. Germ. c. 8. f. 2. n. 6.* Nimirum ut facile conjectare est, quia hi supra jus, contra jus & extra jus omnia. *Bald. in cap. cum super. de caus. propr. & poss.* imò quadrata rotundis mutare possunt. *Hostiens. in c. cum venissent de judic.* & quæ sunt furfuris deliramenta alia, tantum abest, ut liceat cuiquam ipsius facta pro ignominiosis habere, ut etiam ne dicere quidem, cur id facis? *Spec. in tit. de legat. §. nunc ostendum. vers. 89.*

POSIT. IV.
 Quatuor

- Alterum factum quod jus immediatè per infamiam per sequitur est illicitum pecuniæ acquirendæ artificium,
1. quod inquinat (1.) deprehensos † in improbo fœnoris
 2. exercitio. *l. 20. C. ex quib. caus. infam.* Equidem † in thesi, qui fœnorant pecuniam per se rem illicitam facere non æstimantur, sive cogites de jure divino † (ad quod etiam naturale refero) sive de humano. *Excell. Dn. D. Struve Exerc. ad Pand. 21. §. 24.* (confer etiam horum casuum contingentium notabilia exempla collecta à *Matth. Colero de process. Execut. p. 1. c. 10. n. 49. & seqq.*) ceteroquin, si contra se res haberet, fieret, ut jus divinum & naturale prohiberet reddere homini, quæ hominis sunt contra illud *Matth. 22. & §. 3. Inst. de Iust. & jur.* ut jus humanum seu positivum faceret rem turpem impossibilem alteri obligatoriam. *§. 6. Inst. mand. contra §. subseq.* ut permetteret alterum facere suam conditionem meliorem cum alterius dispendio.
 4. contra. *l. 206. ff. de R. I. & §. 33. Inst. de actionib.* Sed † in hypothesis & determinatè illi demum, qui non tam propriæ quali-

qualitatis, quàm debitoris rationem non habent, termi-
 nosque in exigendo positos saltu nimis perverso egredi-
 untur, cujus † generis sunt (1) qui à pauperibus aut egenis 5.
 non ad lucrum adhibentibus pecuniam creditam com-
 municationem lucri, qualis esse debet usura, rigoroſe exi-
 gunt. *Dn. D. Struve d. loc. quæ exactio † vide an non in an-* 6.
tiqua Roma causa fuerit, ut plebs incitamine Tribunorum
commota à senatu inciperent desciscere? Dion. Halic. Antiq.
Rom. lib. 6. n. 50. (2.) qui † quidem facultate pollentibus 7.
pecuniam foenorant; sed sub grandibus usuris præscriptum
modum (de quo in l. 26. C. de usuris. Rece. Imp. de annis 1500.
1548. 1577. tit. von wucherlichen contracten. Ord. Provinc.
Sax. de annis 1550 & 1555. Ord. Torg. de anno 1548.) excedentib.
 Unde † illum, qui nostra hac tempeſtate à debitore suo u- 8.
 surarum nomine plus extorquet quàm 5. in 100. pro i-
 gnominioso habendum rectè dixeris. *arg. d. l. 20. C. ex quib.*
caus. infam. adeò, ut † nec diversum sit in pupillo & mer- 9.
 catoribus, quibus tamen nonnulli quincuncibus ma-
 jores, quales semisses sunt & bessales, vendicant Ma-
 gnif. *Dn. Carpzov. in Asyl. debit. th. 11. & 12.* Sed † imò & 10.
 illi huc referendi, qui usuras usurarum à debitoribus ac-
 cipiunt. *l. 28. l. ult. C. de usur.* id est, qui usuras quincunces
 quotannis principali sumæ adjiciunt, & per hoc efficiunt
 ut etiam ei quid accedat, quod natura sua alteri accedere
 necesse habet. Sublimitant † eatenus alii id, quatenus 11.
 creditor & debitor aliter inter se expresse convenerint,
 quasi æquo absimile non videatur, permittere, ut brevi
 manu tale contrahatur mutuum, potissimum cum & alias
 ea, quæ compendio fieri possunt per ambages expediri
 non debeant. Sed † malè, siquidem verendum, ut avari 12.
 facili negotio adinvenirent viam subdole legem circum-
 veniendi, quod prævidisse videtur imperator Justinianus
 unde



unde in *d. l. 28.* apertissimam constitutionem sancivit.
Nullo modo cuiquam licere usuras præteriti temporis vel
futuri in sortem redigere & earum iterum usuras stipula-
13. ri. At † quid si post vicissimum à celebrato contractu an-
num usuras quis exigere tentet? Videbatur & illum usu-
rarium esse. *l. 27. §. 1. C. de usur. l. 26. §. 1. ff. de condict. in deb.*
Novell. 101. c. 1. & 2. & inde dignum ut ejusmodi hominum
14. pœnam luat. Sed † observantia moderna, temperat id in il-
lo creditore, qui per multas solutiones quotannis suas u-
suras à debitore accepit. Ipsi enim integrum & permis-
sum est cursum usurarum ultra alterum tantum impunè
15. protrahere. Tandem † adjiciuntur præfatis infamibus dar-
danarii annonam attentantes. Sed vereor eos propter so-
lam confinitatem & quod parili contentione iniquas pe-
cuniæ parandæ occasiones percontentur, non commode
satis huc referri, quin lege tacente & pœnam saltem rele-
gationis & damnationis in opus publicum dictante, illos
post pœnæ demum executionem tales fieri liberius admi-
serim. *l. 6. ff. de extraord. crim. l. ff. de pœn.*
16. (2.) In † scœnam prodeunt *l. 2. §. 5. ff. de his, qui*
not. non quidem simpliciter, cum scœna per se non sit con-
demnanda; sed per accidens & habito respectu certa que
determinatione tam ad allata & personas venientium in
17. scœnam, quam ad causam adventus. Allata † consistunt
partim in gesticulationum turpitudine & vanitate *l. 1. ibi:*
ludicra. ff. de his, qui not. l. 24. ad l. Jul. de adult. Inst. Lips. sa-
turn. serm. lib. 1. c. 7. partim in verborum obscœnitate *d. l.*
18. *1. ibi: pronuntiandive.* Causa † denominatur quæstus civi-
19. tati nullo modo conducibilis. Notantur † autem qui pro-
deunt promiscue sive mares sint, sive foemina. *l. 23. §. 1. §.*
§ 6. C. de nupt. sive milites sive pagani *l. 24. ff. de pœn.* sive
majores sive minores *d. l. 2. §. 5. ibi: omnes. dissentit. Cujac.*

adl.

ad l. 18. ff. qui testam. fac. poss. licet illos etiam sine pretio famosos esse existimem. arg. l. pen. C. ex quib. caus. Sed quando de his prolixius agat Albericus Gentilis de Actoribus Fabularum & Procopius in suis arcanis de Agitatoribus, necorum scrinia compilare & actam agere videar, hanc scenam abscœnam relinquo. Quid ¶ autem de Gladiatoribus^{20.} in arena populo spectante certantibus sentiendum? Paucis. Si locaverint operas, ut vel cum hominibus l. 3. pr. ff. de liber. & posth. Imp. Constant. in l. un. C. de gladiat. Land R. lib. 3. art. 45. sive cum bestiis capitaliter depugnent, notantur. l. 1. §. 6. ff. de postul. secus si sine mercede virtutis & gloriationis gratia certent, quod fecerunt Athletæ l. 4. ff. de his, qui not. l. 40. ff. de Re judic. At ¶ ita, inquis, pugiles nostri seculi die gemeinen Sechter propter præmium pugnantes omninò erunt famosi dicendi? Cavendum. Artem hi jure permissam exercent l. 2. l. 3. ff. de aleat. l. 3. §. pen. ibi: tum certat. ff. de injur. Bocer. in tr. de bello & duello. c. 6. n. 4. non capitaliter depugnant, gladiis obtusis dimicantes, nec quid dolosè & nefariè perpetrant, id quod ex eorum protestationibus, quas ante aggressionem recitare solent, satis apparet. Jedoch soll ein ieder wissen / was auff dieser meiner Sechtschuel verboten sein soll / als Ort / Knopff / Einlauff / Armbruch / Gemächtstosß / Augengriff / Steinwurf / und alle unredliche Stücke / die mancher wohl zugebrauchen weis / ich aber nicht erzehlen kan und auch nicht gelernet habe / &c. Perges: ¶ accipiunt tamen mercedem^{22.} & locant suas operas. Age, ut hæc aliquandò manifestiora reddantur, rem ita à principiis exorsi determinabimus. Sunt ¶ quædam facta in honesta, quædam simpliciter honesta, quædam vero talia in gradu excellentiori simpliciter ¶ honesta, quæ à Mechanicis præstantur, com^{24.} modè & licitè locari possunt, reperiuntur enim talia esse,

C quibus

vit
s vel
ula
an
usu
deb
um
nil
s u
nis
unè
dar
r so
pe
ode
ele
llos
mi

qui
on
ue
n in
unt
ibi:
fa
d. l.
ivi
ro
i. s.
sive
jac.
adl.

4



quibus proportionabiliter merces correspondet & ex
 quibus utilitas aliqua patrimonialis ad alterum pervenire
 potest. *Bachov. ad §. fin. Inst. de locat. & cond. & in annot.*
 25. *ad Trentl. Vol. 1. Diss. 29. §. 2. lit. g.* Duo † verò extrema facta
 locationem non recipiunt. Non honesta καὶ ἐξοχὴν ita
 dicta (qualia sunt professorem & Advccatum agere) qui-
 bus ob dignitatem nullum pretium respondere potest.
 26. *l. 1. §. 1. ff. d. extraord. cognit.* Non † in honesta, qualia sunt
 Comediæ & ludii obscæni, exercitia scurrilia & duella ca-
 pitalia, confer. *Dn. Carpz. Jur. Consist. def. 253. n. 11. & 12.*
 quippe quæ propter vilitatem, turpitudinem & improbi-
 27. tatem æstimari nec debent, nec possunt. Proinde † illud
 æs theatricum, quod pro labore sumunt, non merces, nec
 honorarium vocatur, sed Extar & Lucar. *Just. Lips. ad lib.*
1. Annal. Taciti. p. mibi 74. quæ quia ex malo proveniunt
 principio, non possunt non tales æruscatores contamina-
 re. Nunc examina ad hæc fundamina illa, quæ de pugili-
 bus subantea dicebantur, & prono quasi alveo fluere de-
 prehendes, talia facta & operas eos præstare, ex quibus ali-
 quod impendium in Rempublicam, nulla viceversa cor-
 28. ruptio in animos civium redundare potest. Unde † ad eos,
 qui in Academiis degunt, privilegia scholarium etiam ex-
 tendi posse probat *Magnif. Dn. Richter in Diss. 2. ad Auth.*
Habita C. ne filius pro patre. quæ si isti ignominia digni, non
 possent.

POSIT. VII.
 Impil.

Tertium factum neutro ex præcedentibus levius,
 quod jus ipsum famosum prædicat, est manifesta & teme-
 raria impietas. Quam infamiam in currunt (1) Hæreti-
 1. ci † *l. 1. in fin. C. de summa Trinit. dissent. Matth. Steph. ad*
 2. *bunctit. n. 29. & ad tit. C. de heret. n. 18.* quales † non sunt ex
 ridicula Bartoli doctrinâ, qui imperatorem universi or-
 bis Dominum non credunt. *Dn. Carpz. ad l. Reg. Germ. c.*

7. sect.

7. *sect. 4. n. 24.* aut † ex A catholicorum jejuno placito, qui 3.
 Papam DEi in terris vicarium esse negant & omnium
 Christianorum Dominum summumque principem *con-*
tra. can. cuncta per mundum. 9. quest. 3. Didact. Covar. in can.
alma p. 1. §. 1. n. 4. de sent. & excom. in 60. Soli comparan-
 dum *c. sollicita. 6. §. prater ea de major. & obed. regna trans-*
 ferre valentem de gente in gentem *c. venerabilem 34. x. de*
Elect. vid. Dn. Carpz. d. loc. c. 2. sect. 6. n. 20. & seqq. aut de-
 nique ex David Mauteni sententia, qui tueri sustinet su-
 per sepulchrum Lazari non fuisse positum Lapidem,
 quod tamen dicit scriptura. *Ludov. de Montesp. in*
Vindic. Pacis Osabr. & Monast. à declar. nullit. ab Innoc. Pap.
X. attentata. art. 1. §. 8. n. 36. Sed † illi pertinacis spiritus ho- 4.
 mines, qui levi argumento alicujus temporalis commo-
 di & maximè gloriæ principatusque sui gratia contra ca-
 tholicam religionem, quam Christi Ecclesia per orbem
 dispersa profitetur, falsas opiniones gignunt, *l. 2. C. de he-*
ret & Manich. Tametsi † verò Lutherani Pontificios ex 5.
 hoc fundamento pro hæreticis habere possent *Matth.*
Steph. d. loc. ad tit. 5. c. de heret. n. 11. officit tamen transactio
 Passaviensis & pax religionis quo minus efficaciter pro ta-
 libus à parte nostri venditari debeant. Ab hæreticis quo-
 ad infamiam nihil differe Apostatas † à fide Christianâ de- 6.
 ficientes *ex tot. tit. C. de Apostatis* in propatulo est.

(2.) Per juri, qui † fidem DEO teste firmatam rum- 7.
 punt *l. 41. c. de transact.* quamvis † illustres & principes e- 8.
 tiam si simpliciter promissam fidem non servant, dignita-
 tem & existimationem amittant *l. 17. C. de dignit.* Hinc † 9.
 Bellisarius apud Procopium turpe esse ait, tum aliis omni-
 bus, quibus vel minima virtus cordi est, tum imprimis
 principi viro fidem fallere & pacta etiam scripto sancita
 violare, ne abjectissimo homini decorum esse arbitre-

10. tur. Equidem † olim perjurium factum fuisse execrabile, apparet ex oratione, quam Agrippa Menenius adversus Junium Brutum Tribunum plebis habuit: Scito, inquit ille ad hunc, ab ejusmodi hominum impiorum, scelere Romanam virtutem abesse plurimum. Sed non nemini videtur nostra tempestate illam virtutem antiqua cum Româ extinctam esse, testem citat experientiam omnibus verbis potiore, ad quam appellat, de qua etiam Pseudopoliticum, quem Wenceslaus Merosva in *discurs. de stat. prof. belli & urbium imperialium apud Lundorpinum tom. 1. Actor. publ. lib. 10. c. 15.* introducit, testari ait: Totus mundus fugo uritur, cum vulpibus vulpinandum est, Pueri nucibus, viri juramentis sunt fallendi. Nec infame est violasse jurisjurandi religionem. Eceerunt hos nostri Principes, nos cariores habebunt, si non modo pro eis patiamur & belligeremus, sed etiam pejeremus. Dum crepundia vendunt institores, simulant, mentiuntur, pro asse pejerant & nos id non faciemus pro regnis & arcibus, faciemus & quidem libenter. Quo pertinet quod Tullius Hostilius Rex Quirinorum à Romulo tertius Fufetio respondit: Exiguas atque infirmas cautelas à parte Albanorum esse, si per sacra juretur aut quid foederis tabulis inscribatur. *Dion. Hal. Antiq. Rom. lib. 3. n. 12.* Verum ipsorum verba nostra non facimus. Regredimur à diverticulo, ubi † animadvertimus esse quosdam, qui textum illum in *d. l. 41. & de transact.* intra terminos transactionis coercere conantur. Sed † verius est, nec verba nec rationem illius id pati. Non † verba, quia præter transactionem sapissimè etiam pactionis ibi fit mentio. Non † ratio, quia & contractibus aliis jurejurando firmatis contraveniendo nomen divinum violatur & nimis abutitur. Neque † admittimus pactum sua latitudine solam transactionem sub

sub se comprehendere. *non obst. rubr. tit. de transact.* Neque ꝑ æquitati consentaneum faceremus, si invita lege & iure favore religionis exoptulante odia constringeremus quæ extenuanda & pœnas molliremus quæ asperanda. *l. 8. §. fin. C. ad l. Juliam. de vi publ.* videant, qui hoc faciunt, ne approbent illud gentile dictærium: Facile esse per omnes DEos, imò facilius quam per unum principis genium genium pejerare. *vid. Bachov. ad Treutl. Vol. 1. D. 21. §. 8. lit. 6.* Porro ꝑ in pejerante ut infamiæ locus sit desideramus majorennitatem *arg. l. 48. de R. I. & firmum animi iudicium, quorum ꝑ posterius deficit in prodigo. l. 40. ff. d. t. prohibitos contractus juramento confirmatos non servante, hic ꝑ enim ea propter & ob præstationis impossibilitatem & quod juramentum super illicito contractu præstitum, sit l. 5. C. de legib. pro pejerante & perjurii pœnis digno haberi non potest. Utroque ꝑ carent pupilli & minores. l. 26. 20. ff. de jurejur. quibus jusjurandum violatum non nocet. d. l. 41. Neque ꝑ diversum erit, si minores à principe impetraverint ætatis veniam, siquidem lex dura tantas graves pœnas in se continens omninò extra fines & cancellos præfinitos extendi non debet. l. pen. ff. de pœn. & facit, quod ꝑ ficta majorennitas sub vera semper non continetur. *arg. l. 3. l. de bis, qui ven. atat.* Cæterum ꝑ non desunt, qui tentant, foeminas quoque constitutionis in d. l. 41 pœnis adeoque etiam infamiæ obnoxias non fieri, quo fundamentum autem videant ipsi. Nobis sufficiat, quod ꝑ post annum vicesimum quintum eadem qualitates morales in illis reperiantur, quæ in maribus. *arg. pr. Inst. de Curat.* Dissimile ꝑ multum est in universitatibus & paciscentium transigentiumque hæredibus, quorum illæ, quia minoribus comparantur *l. 4. C. ex quibus caus. major. l. 3. C. de jur. Reipubl.* hi quia ipsi non jurarunt, ad pœnam hanc obligati esse non possunt.*

C 3

Et



Pos. VIII.
Irrogatio
Mediata
per sen-
tentiam. 1.

Et pauca hæc de irrogatione immediata è multis dixisse sufficiat. Posthac de mediata temperatè quoque loquemur. Ea est, ubi \dagger lex non factum; sed sententiam vel pœnam notat, seu quæ alicui contingit, non propter solum suum ut delinquentis, sed iudicis factum, quale reputatur subsecuta ex potestate actionis condemnatio. *l. 1. l. 6. §. 1. ff. de his, qui not. l. 7. ibi: condemnato importat ff. de publ. jud. l. 5. ibi: pronunciaverit. C. ex quib. caus. Mod. Pist. Vol. 1. cons. 34. n. 18. & fontibus debita pœnæ irrogatio. Wesenb. in π .*

2. *ff. de his, qui not. n. 7. in fin.* De \dagger condemnatione quatuor
3. prænotamus memorabilia. Primum est: Eam \dagger fieri debere à iudice competente jurisdictionem habente. *arg. l. 6. §. 10. ff. de injust. rupt. irrit. non iudice pedaneo. l. 3. ne quis eum qui in jus voc. non compromissario. l. 32. §. 6. de recept. arbitr.* tum quia eorum pronunciationes per omnia sententiæ non sunt. *l. 13. §. 6. ff. de his, qui not.* tum quia causa capitis & status coram mero mercenario iudicis officio aut privatim contra constitutos arbitros ventilari
4. non potest. Deinde alterum: Necessè esse ut directâ sit
5. in ipsum Reum *l. 1. ibi: suo nomine. ff. de his, qui not.* quod \dagger si enim ea in procuratorem aut hæredem, Dominorum & præ defunctorum causam agentes dirigatur, nihil penitus (mirabile consilium secundum Baldum ad *l. 6. §. 2. ff. de his, qui not.*) quoad infamiam illius vires pollebunt, & hoc sive de principalibus cogites, adversus quos pro facti cuiusque conditionibus actiones sunt creditoribus. *d. l. 6. §. 2. sive de iis, per quos illi experiuntur. l. 2. ff. de obseq. par. &*
7. *patr. debit.* ut \dagger maxime procuratores & cæteri quos modo conjunximus videantur per litis contestationem Dominum litis sibi acquisivisse. Tertium porro: Non \dagger sufficere, si sententia sit interlocutoria *l. 17. l. 19. C. ex quib. caus.*
8. sed veram & definitivam quæ transit in rem iudicatam.

l. 6.

l. 6. ff. de his, qui not. requiri, ut quæ vulgo litem finire dici-
tur. l. 32. ff. de pœn. excipe tamen casus infra positione 11. rela-
tos. Postremò quartum: Causæ † cognitionem præcessisse 9.
oportere l. 13. §. 7. ibi: causa cognita ff. de his, qui not. l. 6. ibi:
causa cognita ff. ubi pupill. educ. l. 17. ibi: non cognita causa C.
ex quib. caus. sine qua sicut nec vita, ita nec fama privandus.
Sed † si tamen ea posthabita quis per injuriam à Magistratu 10.
condemnaretur. Dicendum infamem quidem eum non
esse, siquidem infamia venit ex sententia conformi legi-
bus, quæ fundari dicuntur super vero. l. si pecuniam. §. 8. de
condict. ob caus. nihilominus † tamen quoad juris effectus 11.
tantisper donec de innocentia constiterit, inter infames
haberi. arg. l. pen. ff. de just. & jur. l. 65. §. 2. ff. ad SCtum
Trebell. non obst. l. 8. C. ex quib. caus. inf. l. 10. l. 26. ff. de tut.
& cur. Bachov. in animadv. ad Tr. Vol. 1. D. 8. §. 4. lit. c.
Confer Dn. Carpz. p. 3. c. 6. def. 10. Quando † verò liquidum 12.
satis est & certum hoc modo qualificatam sententiam se-
qui non posse, nisi ubi Actio (nomine ejus latius acceptò)
præcesserit, ut de specialibus illis terribilibus condemna-
tionibus eò facilius nobis constet, age, ad nativitatem
actionum recurremus oportet. Ubi removebimus pri-
mò omnes eas, quæ † jus in re, pro matre agnoscunt, 13.
(nec enim hæ ejus valoris esse possunt & efficacix, ut
condemnatum possessorem maculari queant, cum in
illis non de persona conventi agatur, nec ea directò
doli arguatur. l. furti, §. fin. ff. de his, qui not. sed tantum
petatur pronunciari rem esse in Dominio &c. acto-
ris) retentis † pro instituto nostro solummodò perso- 14.
nalibus actionibus, ortum ex personæ facto trahenti-
bus. l. 25. ff. de O. & A. quod † factum cum duplex esse de- 15.
prehendatur & ratione publicæ privatæque utilitatis di-
versum, conventio & delictum, secernendæ quoque
sunt

altis
 e lo-
 vel
 lum
 atur
 1. ff.
 jud.
 conf.
 n w.
 tuor
 i de-
 arg.
 3. ne
 6. de
 nnia
 quia
 s of-
 ilari
 ta sit
 d † si
 m &
 nitus
 e his,
 hoc
 i cu-
 §. 2.
 r. &
 odo
 omi-
 ffi-
 caus.
 tam
 l. 6.



125
sunt eorundem diversæ actiones, quæ secutâ condemna-
tione reos famosos reddere possunt.

1. Ergò (ut de priori prius agamus) omnis factio ex
conventionem descendens condemnatum infamem facit?
Absit! sed earum numerus à Jure, id est, ut supra explica-
vimus, ex Edicto perpetuo & constitutionibus petendus
2. est. In Edicto perpetuo saltem dicitur: Qui tutelæ, man-
dati, depositi, pro socio damnatus erit. Constitutiones ve-
rò Imperiales de aliis contractibus omninò mutæ sunt.
Reliquum ergò est, ut præter eos, qui in Edicto conti-
nentur, alios, quamvis ex causis famosis dependere vide-
antur, temerè non fingamus & decernamus. *arg. l. 1. §. ait.*
3. *ff. de dolo.* Si dixeris in actionibus ex empto, vendito, lo-
cato, conducto, commodati & aliis perinde bonam fidem
exuberari debere, ac in iis, quas percensuimus, cum omnes
ejusdem naturæ sint & bonæ fidei. *§. 28. Inst. de Action.* Af-
sumemus comparisonem, sed ut talem, quæ plenius de-
buisse formari. Fatemur, proprium non esse nostris qua-
tuor ex Edicto judiciis, ut si unus ex contrahentibus fallat,
fides ex æquo fracta & violata dicatur; sed ut fides ejus-
dem qualitatis, pernegamus. Alia siquidem est fides sim-
plex, alia quæ alicui datur per speciem singularis amicitia,
7. quam posteriori nullibi, præterquam in societate, tu-
telâ, deposito & mandato rumpi posse, liquido liquidius
8. est. Ut merito Prætor juris minister horum tantum qua-
tuor contractuum circa rem alienam occupatorum acti-
ones ob peculiarem favorem privilegiatas esse voluerit.
9. Sanè in actione pro socio interesse non potest, uter ex li-
tigantibus damnetur, cum actio illa ab utraque parte di-
recta *§. 2. Inst. de pæn. tem. lit.* seu si mavis ex *l. 17. §. 1. ff. com-
modati.* loqui, principalis sit & in utraque de perfidia quæ-
10. stio incidere possit. In cæteris verò aliter se res habet,

ubi

ubi quilibet agentium non de captando ex contractu lu-
cro; sed alteruter in id agit, ne sit in damno, quas †con- 11.
trarias actiones qui habent, saltem petunt, ut expensæ quas
se fecisse prætendunt, per calculum trahantur & ipsis re-
stituantur. *l. 6. §. fin. ff. de his, qui not. l. 5. pr. ff. depos. l. 29. ff.
de dolo malo.*

Meminimus post conventionem etiam delicti. Ex
hoc †ut factio in se illicito plura famosa nascuntur judicia, 1.
eaque tam publica, quàm privata. Ex privatis (1.) infamant
†actiones illæ, quæ vindicant iniquam rei alterius ablatio- 2.
nem sub nomine doli, sive †civiliter instituantur, sive 3.
criminaliter. Vindicant autem eam actio furti seu po-
tius furi convento & convicto dicta sententia. §. 2. *Inst. de
pæn. tem. litig. l. 1. l. 4. ff. de his, qui not. l. 7. in fin. de publ. jud.*
sive †illa furem declaraverit manifestum sive nec mani- 4.
festum. *l. 6. pr. ff. de his, qui not. Paul. libr. 2. sent. tit. 31. §. Furti.*
aut †rei furtivæ receptatorem. *arg. §. 4. Inst. de oblig. quæ ex 5.
delict. modo †hic sciens rem vitiosam esse de industria eam 6.
celaverit aut emerit. l. 5. C. de furt. ne obstet l. 8. C. ex quib.
caus. inf. & illud vulgare: idem natura esse facere & pro-
bare. Gothofr. ad l. 1. ff. de recept. §. l. 9. C. ad L. Jul. de vi publ.*
aut facere & docere. *arg. l. 8. C. de Malef.* An †ergò sepul- 7.
chrorum etiam violatores, lavantium prædones & publi-
cani, qui præter superioris mandatum quid dolo malo ex-
torquent eadem ignominia mulctandi? periculum erran-
di non habet. Quò enim hi impudentiores sunt, quò ma-
gis grave delictum perpetrant, eò magis ad hanc tribum
eos pertinere quis dubitat? Sepulcri violatorem, & bal-
nearium prædonem fures cæteris impudentiores esse, vi-
de sis *t. t. ff. de sepul. viol. l. 5. C. eod. l. 3. C. de Episcop. audient.
l. ult. ff. de furib. baln. l. 8. C. de furt. l. 2. C. ex quib. caus. De-*

D

most.

POSIT. X.

Ex actio-
ne data ex
delicto.

most. in Orat. contra Timocratem. Cui contrarius Aristoteles non est, ex quo *Alciat. 2. parerg. 38.* notat: tale inverecundia specimen furem balnearium in publico edere, ut quantum in se est, cogat Dominum nudum redire domum. Sed † & horum ulterius referendi raptores. *l. 1. l. 4. §. 6. ff. de his, qui not. §. 2. Inst. de poen. tem. litig. & expilatores hereditatis, notante ex l. 12. C. l. t. Baldo. vid. l. 1. §. expilatores, de effraCTOR.* ut maximè illius delictum per propriam nativam actionem mitiori poena plectatur, hujus verò res expilata pro vitiosa quoad usucapionem non habeatur. *l. si homo ff. de usucap. Salicet. in l. de bis. C. de furt. vid. Magnif. Dn. D. Richter Patronus atque Promotor meus aviternum de venerandus p. 1. decis. 58. n. 48.* Addunt † nonnulli probrosæ furti actioni condictionem furtivam, nihili se pendere dicentes textum in *l. 36. ff. de oblig. & action. per quem tamen post Modest. Pistor. p. 1. quest. 35.* multi dubitant. Non recte. 10. Est † enim in id comparata conditio furtiva (qualis etiam perhibetur actio amotarum *l. 26. ff. de action. rer. am. l. 71. ff. de acquir. hered.*) ne adversus personas, quæ honore reverentia & favore potius, quam illà vitiorum poena infamia digni judicantur *l. 1. l. 2. l. 3. ff. de act. rer. amot. necesse sit famosam dare actionem. d. l. 3. §. 2. ff. eod.* At si huic consimilem esse furtivam condictionem statuamus, duæ inde involverentur absurditates imò contradictiones, primò enim fieret, ut vera pro certo morbo remedia ex se & sui natura ipsum in se continerent morbum. Confer ea quæ habentur in *Epist. Pauli ad Rom. 7.* Deinde ut fama, quam una actio efficaciter sustulisset ab altera etiam auferretur, quæ quia per rationem impossibilia sunt, tutius est, diversitatem inter has etiam quoad infamiam statuere, præsertim legibus, quæ alias civiliter intelligendæ,
de

de conditione tacentibus. *arg. §. pen. Inst. de poen. temp. litig.* idque demum requirentibus, ut rei tantum mentio fiat, quæ ex patrimonio per subtractionem nobis abest, non doli, aut ejus vindicationis. *l. 8. §. 1. l. 8. §. 1. ff. de condict. furt. Bachov. ad Treutl. Vol. 1. D. 22. §. ult. lit. F. Et in tr. de Action. Disp. 4. §. 21.* Cæteroque ex delicto esset, & haberet sufficientem materiam ex qua existeret, indeque nativa fieret, non ut comuniter volunt, dativa. Unde tertiam inter rei persecutorias refertur. *§. 18. in fin. 12. Inst. de Action. §. fin. Inst. de Oblig. qua ex dol. non obf. l. 8. C. de condict. furt. & ad hæredes transitorias §. 1. Inst. de perpet. Et tempor. act. d. l. 8. §. 2. de cond. furt. quæ si infamaret inter neutram posset. Planè quod de infamia facti 13. Azo in Summa Cod. ex quib. caus. infam. urget, nihil est. Ubi enim in condemnatione ordo judiciarius non servatur, ibi demum talis infamia locum invenit. Sed in hac nihil ordinis mutari præsupponimus. Circa factionem de alea 14. res etiam impedita nonnullis videtur. Enimverò tametsi directam Cujacius lib. 9. Obs. c. 28. per l. ult. ff. de aleat. tentet inter probrosas referri, probrosam tamen eam non esse verius est. Ad regulam provocamus Philosophorum. Singularia duo posse in uno tertio convenire, in altero discrepare. At diversa sunt, actionem adversus parentes & patronos non competere, & infamare. Subsistere illud bene potest sine hoc, ut si actio Prætori videatur quodammodo saltem esse contra honestatem & reverentiam instituta. *arg. l. 13. ff. de in jus voc. Hillig. in Donell. lib. 18. c. 8. lit. f.**

(2.) Infamant factiones illæ, quæ vindicant malitiosam 15. damni illationem, qualis est actio injuriarum. *l. 8. l. 10. C. ex quib. caus. inf. l. 1. pr. l. 4. §. ult. ff. de his, qui not. l. 5. §. 9. l. 40. l. 42. ff. de injur. propter æquissimam talionis legem.*



legem. *Wesenb. in w. ff. d. t. n. 5.* ut qui alterius honori periculum facere voluit, ipse in existimatione naufragium
16. patiat. Verum† id est, non tantum de actione, qua quis
ad multam æstimatam parti applicandam ex jure præto-
17. rio condemnatur; sed etiam, quâ quis ad poenam legis
Corneliæ extraordinariam. *Berlich. p. 5. concl. 63. n. 7. Wurms.*
18. *in Obs. per l. 27. §. 3. ad L. Aquil.* Quin† & de consuetudi-
19. nario Palinodiæ judicio, sive † obtineatur civile id esse,
sive (quod magis videtur cum *Dn. Carpz. lib. 3. R. J. E. tit.*
20. *5. Resp. 44. n. 16.*) criminale. Excipiunt† *Wesenb.* & alii fo-
rum Saxonicum Electorale & subinde *ex part. 4. const. 42.*
ibi: Darüber und darneben. ab auctione poenæ injuriis de-
stinatæ ad præsumptam de existimatione calumniantis
transactionem concludere. Sed quàm malè, ex documen-
to hoc facile cognoscere est, quod judicis sententiam cum
legis constitutione confundant. *vid. l. 13. §. 7. de his, qui no-*
tant. l. 4. C. ex quib. caus. l. 10. §. 2. ff. de poenis. l. 5. C. de de-
cur. l. 15. ff. ad municip. Nam id quàm lubentissimè fate-
mur, si severior poena, quàm à legibus statuta per senten-
tiam injurianti imponatur, videri de ejus infamia dispen-
sasse judicem, cui incumbit ad singula hominum facta &
casus, quos in proximo habet, prout aliter atque aliter
emergunt, jura cautim & accuratè accommodare. *l. 13. ff.*
de poen. At si legislator, cujus providentia nimis generalis
est & è longinquo, per posteriorem constitutionem de-
licto infamiam importanti majorem dictitet poenam, quî
istiusmodi fictionî aut potius præsumptioni locus esse
queat, non video. *vid. l. 3. l. 4. l. 5. l. 6. l. 8. l. 10. l. 11. l. 12. &*
21. *13. ff. de legib.* Sed † & sunt & inter qualitatem injuriæ
discrimen constituunt, qui interesse ajunt: Utrum in suæ
conditionis similem injurians probra conjecerit, an in hu-
mi-

903

miliorem, ut hoc casu quodvis actionis genus ad ignomiam inferendam prorsus impotens sit. Verum an tanti hæc sint, quanti ab illis æstimantur, videbimus. Et quidem admitteremus id, Personæ dignitatem aut humilitatem injuriam majorem facere & minorem, pœnæque modum variare. §. 7. & 9. *Inst. de injur. l. 7. §. 7. & 8. l. 17. §. 3. l. 42. ff. eod. l. 6. §. 1. ff. de re milit.* Ad quid hoc ad infamiam, quod ad pœnam duntaxat pecuniariam aut corporalem pertinere jura volunt? *l. 5. C. ex quib. caus. infam.* Aut æquum est, clementiorem quem esse lege? *contra l. 10. C. eod. l. 8. §. fin. C. ad L. Jul. de vi publ. Novell. 82. c. 10.* Aut laudabile, innocentes ex plebe contemnere & eorum famam laceffere? qui interdum non minus ac honoratiores & optimates (uti vocari amant) ad virtutes sua attemperant ingenia, imò qui non secus ac membra suo corpori usum quendam peculiarem in comune conferunt. *Dion. Halic. Antiq. Rom. lib. 6. n. 77.* Longè tab his diversum est, quod *ex c. 23. x. de sent. & rejud. proferunt.* Siquidem si injuriæ (quibus de ibi agitur) fuerint levissimæ ex facto ita dictæ, ita ut vix famam alterius tangant, largimur ex æquitate canonica condemnatum infamem non fieri, cum & aliàs modica Prætor non curare, nec pro iis de dolo actionem concedere soleat. *l. 9. §. fin. l. 18. §. 2. ff. commod. l. 10. ff. de dol. mal. non obst. §. 16. Inst. de R. D. & pr. Inst. de vi bon. rapt. confer Gædd. ad l. 103. n. 4. ff. de V. S. Dion. Halic. Antiq. Rom. lib. 3. n. 10.* Sciendum tautem quæ de injuria personæ damnum inferente tractata sunt, extendi non posse ad L. Aquiliæ actionem, quâ damnum tantum vindicatur injuria, id est, culpa datum, qualem t culpam (præsertim si præsumpta sit. *t. t. Inst. de Obligat. quæ ex quasi del. nasc. l. 4. §. si judex ff. de Oblig. & action.*) ad infamiam producen-

ducendam sufficere negavimus supra posit. 3. n. 9. *vid.*
25. *Bachov. ad §. 2. Inst. de pœn. tem. litig.* cum † nec perfidia,
sufficiat nisi ubi actio eam arguat. *l. 8. ff. de tribut. action. l.*
4. in pr. ff. de susp. tutor. Bachov. ad §. 3. Inst. Quod cum eo,
26. *qui in alien. pot.* Ut † hæc sint specialia ex privatis famola
27. *judicia.* Unum † generale est, quod ex delictis oritur in-
nominatis *Vultej. in Jurispr. Rom. lib. 1. c. 50.* Prætoriam nem-
pè de dolo actio, quam ubi sequitur sententia, reus per il-
lam non minus ignominiosus redditur, ac si propter de-
lictum nomen habens à jure proprium condemnatus fu-
isset §. 2. *Inst. de pœn. tem. litig.*

28. Delabimur † ad judicia publica. Ex illis nullum est,
29. quod non sequatur infamia. *l. 7. ff. de publ. jud. & † hoc si*
30. *Freber. de infam. lib. 3. c. 5. num. 20. & 22.* sive † damnatio-
nem præcesserit accusatio, sive inquisitio, adeo ut necesse
non sit, horum criminum fontes singulatim recensere.
31. Quod † si crimen speciali nomine insigniri non possit, ob
id stellationatus judicium competit, quod non minus ac re-
liqua judicia reorum famæ detrimentum infert. *l. 13. §. fin.*
ff. de bis, qui not.

POSIT. XI.
Condem-
natio ficta

Postulat hic series nostri discursus memorabile,
quoddam judiciis ex conventionem & delicto descenden-
tibus adjiciamus, quod est, necesse † semper non esse ad
irrogandam infamiam, ut vera institutam actionem se-
quatur sententia; sed sufficere interdum præsumptam.
2. Accidit † illa primo isti, qui citra excusationem permit-
tit, ut nurui suæ tutor detur. *l. 17. C. de excusat. tut.* aut † qui
hoc egit, ut pupilla in potestate pupillari ipsi vel filio suo
aut nepoti in matrimonium collocetur, *l. 36. l. 46. l. 66. ff.*
de Rit. Nupt. l. 4. C. eod. l. 6. C. de interd. Matr. modò id fa-
ctum citra postulationem parentis pupillæ & intra an-
num hujus vicesimum quintum, antequam rationes red-
ditæ

ditæ sunt. *Bachov. ad Treutl. Vol. 1. D. 8. §. 5. lit. G.* Talis enim actus perinde æstimatur, ac si de tutela malè administrata confessus & ad infamiam condemnatus fuisset. *l. 7. C. de interd. matr. l. 56. ff. de Rejud. (2.)* illi, qui † de delicto non 4. capitali pretio interveniente paciscitur. Consideratur pactio aut transactio vel in persona actoris vel rei. Utrorum † jus & idem ante & idem post litem contestatam existere 5. in præsens tuebimur. Actorem † lite nondum suscepta 6. impunè & citra infamiæ notam transigere posse, res est expedita *l. 7. §. 14. l. 27. §. 4. de pact.* præsertim si minatus fuerit actionem civilem. *Bachov. ad Treutl. d. Vol. 1. D. 8. §. 5. lit. H.* De reo difficilior est affirmatio. Tentabimus: Nimirum † interdum infamia irrogatur propter so- 7. lum delictum, uti patet ex delictorum generibus, † 8. infamiam ipso jure immediatè ingerentibus, interdum † non, nisi sit illud cum temeritate litigantis conjun- 9. ctum *§. 2. junct. pr. Institut. de pœn. tem. litig. conf. l. 5. ff. de publ. & §. ult. Institut. de perpet. & tempor. action. M. Anton. Blanci. pract. crim. p. mibi. 423. num. 8.* quo posteriori requisito ante institutam litem cessante, cessabit etiam consequens pœna nimirum infamiæ. Explodunt † id alii urgentque confessionem ex *l. 5. ff. de his, 10. qui not. quam dicunt in jure pro damnatione esse l. 1. & l. 3. in fin. ff. de confess. l. 56. ff. de Re Jud.* Sed ne dicamus imaginariam eam esse, non præsumptam condemnationem, nec confessum semper & ubique pro judicato haberi. *l. 6. ff. de confess.* videamus modò qua de confessione in *d. l. 5.* agatar: Etenim † in præcedente *l. 4. junct. l. 1. ff. de his, qui 11. not.* conjunguntur hæc duo: damnatus pactusve, saltem eò, ut utrumque in judicio fieri debere præsupponamus. At † ante litis contestationem, nec actio nec judicium. 12. Propriè est. *l. 15. ff. rem rat. hab. l. 25. §. 8. de adil. edict. ac*
confe-

vid.
 dia.
 ion. l.
 m eo,
 ola.
 rin-
 nem.
 eril.
 t de.
 s fu.
 n est,
 oc si.
 atio-
 cesse
 ere.
 t, ob
 cre-
 § fin.
 oile.
 den-
 se ad
 n se-
 am.
 mit-
 † qui
 o suo
 6. ff.
 d fa-
 an-
 red-
 ditæ



125
confessio extrajudicialis praesertim praesumpta (uti rectè animadvertit. *Wesenb. in w. ff. de his, qui not. num. 5. Cujac. lib. 6. Obs. 24. n. 35.*) non est idonea ad condemnandum *l. un. ibi: in jure C. de confess. l. 26. §. 5. vers. Et ideò. ff. de noxal. act.*
13. *Beust. in l. admonendi de jurejur. n. 904. Et seqq.* quicquid t̄
disputent alii excipientes eam, quam lex vel edictum pro
14. valida habet. Imò t̄ ea, quæ post aditum Prætorem gerun-
tur judicialiter fieri nondum satis nobis persuaderi possu-
15. mus, quid t̄ enim si reus, de quo nobis est quæstio, non,
obstante quod transactio fuerit facta, forum ipsius non,
agnoscat? quid si ipsum justa de causa recusando judicium
16. reddat elusorium? Sanè t̄ & hoc & judicium esse consti-
tutum in simul subsistere posse adhuc subdubito & utut
subsistentiam demmus, ita tamen facilis infamiam evi-
tandi via & modus reo pateret, atque isthæc transactio ra-
rò & ferè nunquam suum sortiretur effectum. Sed pergi-
17. mus post t̄ constitutum judicium reum transigentem pe-
18. rinde t̄ ac solvèntem *l. 5. pr. ff. de publ. l. 7. ff. de procurat. Ga-
il. 2. obs. 102. n. 7. Et obs. 103. n. 1. Et seqq.* à delicti quidem a-
19. ctione ipso jure *l. 17. §. 1. ff. de pact.* sed t̄ non ab infamia li-
beratum dicentes, quippe quod litem temere suscepisse
*d. §. 2. Inst. de poen. tem. litig. adversarium pretio corrupisse
d. l. 4. ff. de de jur. fisci. l. fin. ff. de prævar. l. 9. C. de contract.
stipul.* atque adeò crimen confessum fuisse intelligatur, ita
intelligo *d. l. 5. ff. de his qui not. d. l. un. C. de confess. l. 29. pr.*
20. *ff. de jur. fisci.* nisi t̄ pro eo militet ratio miserationis, uti fit
in capitalibus *l. 1. ff. de bon. eor. quæ ant. sent. l. 18. de transact.*
quæ supra statim excepimus. Id dubii restat, si ejusmodi
delictum non capitale privatum fuerit? Discernendæ vi-
21. dentur actio civilis & criminalis. Illam t̄ si vel ante litem
contesta tam minatus fuerit, vel post eam instituerit paci-
scens, infamia non notatur. Secus in criminali *l. 7. §. 1. ff.*
ad

ad Sctum Turpill. modo non habeat concurrentem civi-
 lem. Bachov. ad Treutl. Vol. 1. D. 7. 0. 5. lit. D. & Disp. 8. 0. 5.
 lit. H. In † genere verò (1.) excipitur transigens jussu Præ- 23.
 toris. arg. l. 5. junct. l. 6. §. 3. in fin. ff. de his, qui not. l. 4. in fin.
 ff. de aq. & aq. plu. l. 3. §. 2. ff. injur. Gail. 2. obs. 102. n. 3. Ber.
 lich. p. 5. concl. 63. n. 12. de jussu delegati & arbitri vid. Bart.
 add. l. 6. §. 2. h. t. (2.) Reus, † si se non conscientia admittit
 delicti; sed fortean ad molestiam litis evitandam aut ut
 pacem habeat. Bart. ad l. 5. eod. transigisse docere sit para-
 tus. d. l. 18. C. de transact. Bachov. ad Treutl. d. D. 8. 0. 5. lit. H.
 Hillig. in Donell. lib. 18. c. 8. lit. Uu. cum nuda † protestatio, 25.
 quam alii tantoperè crepant, si ante litem susceptam ad-
 hibeatur, non necessaria sit. arg. d. §. 2. Inst. de poen. tem. li-
 tig. si post eam, non sufficiat. arg. l. 18. C. ex quib. caus. infam-
 ia irrog.

Sed præter opinionem plus justo prolixiores fuimus. 1.
 Properato opus est. Alterum † judicis factum per quod
 delinquentes infamia notantur est poenæ probrosæ irro-
 gatio. Nam † contingere potest, ut quis ob crimen, cu- 2.
 jus meritam sententiam lex notavit, non condemnetur;
 sed ipsi extra ordinem vi officii judicis nobilis poena dicte-
 tur, quo casu, utut poenam sententia non præoccupave-
 rit, punitus tamen infamiæ detrimentum incurrit. Ad
 istam poenæ irrogationem referimus (1.) exauctoratio-
 nem. Ut † ecce si miles sive caligatus is sit, sive centurio, 3.
 sive Tribunus l. 2. ff. de his. qui not. infam. per Imperato-
 rem aut alium, cui de eare statuendi potestas fuit l. 1. pr. ff.
 d. t. ab exercitu, aut qui quoad hunc articulum exercitui
 comparatur, numero mittatur. d. l. 2. §. 1. ff. eod. modo
 † tamen mittendi modus fuerit ignominiosus. Enim verò 5.
 si honestè miles sit dimissus aut causariè, juxta l. 13. ff. de

Posit. XII.
 Poena fa-
 mosa.

E Reo

ectè
 ujac.
 l. un.
 act.
 id †
 pro
 run-
 ssu-
 on.
 on.
 ium
 nsti-
 utut
 evi-
 o ra-
 ergi-
 pe-
 Ga-
 n a-
 la li-
 sse
 disse
 act.
 ita
 pr.
 ti fit
 act.
 modi
 e vi-
 tem
 aci-
 i. ff.
 ad

4



- Re milit.* tantum abest, ut notam aliquam incurrat, ut etiam laudem, præmia & privilegia mereatur, de quibus diligentius quàm compendio tractat *Bocer. de bello & duello.*
6. Ignominiosam missionem princeps militem delinquentem *Magnif. Dn. D. Brunnemann Facultatis Jurid. in alma Viadrina Ordinarius ad tit. C. de Militib.* aut verbis aut facto exercet. Facto, si adhibitis probrosis solennitatibus (sic alicubi auribus mutilantur, alibi in eorum præsentia gladius frangitur) insignia militaria detrahat. *d. l. 2. §. 2. vers. sed & si ff. de his, qui not. non si citra indignationem ei successorem det d. l. 2. in fin. pr.* Verbis, si vel expresse addat, ignominiosè te ab exercitu removeo, vel talem causam missionis alleget, quæ per se infamiam meretur. *l. 13. §. 3. ff. de Re milit. Bachov. ad Treutl. D. 8. §. 6. lit. a.*
 9. (2.) depositionem, per quam non intelligimus Studiorum novitiõrum vexationem; sed remotionem ab officio. *l. 7. ff. de pœn. ut si olim decurio. l. 5. ff. de decur. l. 15. ff. ad Municipal. vel Senator muneri suscepto cum notâ exesse jubebantur. §. 3. Inst. de capit. dimin. l. 2. l. 3. ff. de senat. l. 3. C. ex quib. caus. inf. l. pen. §. 2. ff. de extraord. cognit. ibi: cum prohibetur. l. 12. ff. de judic. quod et itidem vel verbis fiebat, ut si ipsis prædicebatur, ne in honoribus aut republicâ haberentur. Tacit. lib. 16. annal. p. m. 398. aut facto,*
 12. Si à censore in censu agendo præteribantur *Rittersb. & Schneidevv. ad d. §. 5. Inst. de cap. dimin.* (3.) degradationem et ab Imperatore aut eo cui jus degradandi concessit expediendam, eamque non Doctorum tantum aut Magistrarum & Notariorum; sed etiam Nobilium & Illustrium. *vid. l. 9. §. 4. ff. de pœn. Privil. Car. V. Austriacis Archiducibus indultum: Auch Graffen / Freyherrn / Ritter / Knecht und Edelleute / Lehrer / Meister / Offenschreiber und die geordneten*

ordneten Richter die ihr Ampt nicht gebrauchen / als recht
ist / davon entsetzen. Quin etiam Clericorum, cujus degra-
dationis forma ad longum describitur in *c. degradatio. &*
de poen. in 6to. ad quod benivolum lectorem remittimus.
conf. etiam Dn. Carpz. Jurispr. Consist. lib. 3. tit. 10. def. 109.
n. 12. & seqq. (4.) Damnationem † in opus publicum. *l. 6. 14.*
C. ex quib. caus. inf. & relegationem. l. 28. in pr. ff. de poen.
l. 7. §. 22. in fin. ff. de interd. & rel. l. 5. §. 2. ff. de extraord.
cognit. Schneidervv. ad §. 2. Inst. quib. mod. jus patr. pot. solv.
sive † hac temporalis sit, sive perpetua *l. 4. C. ex quib. caus. 15.*
Goth. ad d. l. 6. C. eod. sive fiat ob delictum punitionis arbi-
trariae, sive ob delictum quod infamia sequitur ex disposi-
tione juris *Dn. Carpz. Jurispr. For. p. 4. c. 47. def. 12. (5.)*
† Ctum fustium. Per quem † si juxta nostram tempesta-
tem fustigationem, id est, publicam cum virgis castigati-
onem, non nisi propter grave delictum sontibus imponi
solitam intelligas, illa sine dubio existimationem puniti
minuit. *l. pen. §. 2. ff. de var. & extraord. cogn. l. 28. §. 1. & 2.*
ff. de poen. l. 8. l. 16. C. ex quib. caus. infam. Quod † si verò il-
lum pro turtura accipias, cui quis ob crimen quaestione
habitâ subjicitur, verius est infamiam locum habere non
posse. *l. 22. ff. de his, qui not. l. 14. C. ex quibus caus. adde Magnif.*
Dn. D. Richter Decis. 8. n. 30. Denique † sunt, qui idem perhi-
bere conantur de in carcerem aut vincula coniectis. Sed
prius per *l. 1. C. ex quib. caus.* negamus, utut verum esse
credemus, iudicio publico reos, si in carcerati fuerint, ad
dicendum testimonium accessiri non posse. *l. 3. §. 5. l. 20.*
ff. de testib. Nam hoc propter notam fit, ex delicto publico
& inscriptione in crimen facta sibi attractam, per subse-
quens iudicatum in infamiam mutandam, *d. l. 3. §. 5. ibi:*
propter notam. & ibi gl. lit. y. Posterius † tunc demum ad-
mitti-



mittimus, si poenæ causa vincetus potestati Dominicæ fuerit subiectus, qualis antiquo jure manumissus neque Romanus fiebat, neque latinus; sed deditius, quorum conditio pessima erat. §. 3. *Inst. de libert.* maximè si vincula sol-
20. verentur. Nam † si inciderentur (quod Flav. Josepho in bello Judaico capto ex concessione Imperatoris Vespasiani accidit) habebatur ita solutus ex concessione legis Æliæ Sentia pro tali ac si nunquam vincetus fuisset, id est, majorem libertatem consequabatur conjunctam cum integrâ existimatione. *Cujac. lib. 15. observat. 7. confer. l. 9. C. de dignit.*

Pos. XIII.
Infamia
furti.

Atque hæcenus affatim de principe causa infamiae, jure videlicet. Superest, ut alteram, judicium nempe hu-
1. manum carptim attingamus. Hanc † causam infamiae sequitur, quæ facti vulgari nomine vocatur. Ea irrogata dici
2. potest, quando †alicujus pudor propter factum aliquod turpe à jure non notatum, liquidum tamen & non dubium apud graves & cordatos viros, (non homines vulgares quod nobis objicit *Bellojus lib. 1. c. 6.*) oneratur. *Excell. Dn. D. Struve Exerc. ad w. 5. b. 5.* seu brevius forsan secundum *Alber. Gentil. de Actor. fabular. c. 14.* quando quis à laudatis illaudatur. *adde Magnif. Dn. Carpzov. p. 2. c. 6. def. 14. n. 7.*
3. Sic † quem Magistratus propter delictum turpe non condemnat; sed perstringit saltem, aut sententiam, si quam dicit, in procuratorem fert, illius opinionem & verecundiam apud laudatos viros, quibus ita facti turpis littura conspicienda propinatur, onerat. *l. 17. l. 19. C. ex quib. caus. infam. l. 2. ff. de obseq. par. & patr. deb.* Ejusdem † operationis censentur etiam censorum notæ. *vid. Arnif. doctr. pol. c. 16.* & increpationes à parentibus in filium effusæ præsertim testamento adscriptæ. *l. 13. C. eod.* Ita † verò, in-
quies,

quies, (1.) iudicii poena, quæ soli Magistratui competit & pro qualitate causæ vel ad merum imperium vel mixtum pertinet, privatis relinquatur hominibus, quos interdum multa inconsultò & contra pietatis officium facere palàm est. *Novell. 115. c. 3.* Et † si (2.) patri filium exhærenda- 6. ti simpliciter non creditur. *l. 3. l. 19. ff. de inoffic. testam.* quomodo infamem declaranti? cum infamiæ irrogatio actus sit majoris præjudicii, quàm nuda exhæredatio, per se damnum patrimonio inferens, non famæ. Dicendum (1.) adeo † novum non esse, id quandoque quod in 7. Magistratu Jurisdictionis est & imperi, jure privato, quodammodo etiam competere posse privato, uti apparet ex jure vitæ & necis, quod post Magistratum olim etiam Domino in servos & patri in liberos competebat. *§. 1. Inst. de his, qui sunt sui, vel alien. Dion. Hal. Antiq. Roman. lib. 2. n. 27. & 28.* ex jure concludendi in carcerem privatum. *l. un. C. de emend. propinq. Bart. in l. 35. in fin. ff. de hered. instit.* quinimò & hodie facere patri expressa in testamenti declaratione, quæ alias penes solum Magistratum consistit. *l. 6. §. 10. ff. de injust. rupt. irrit. l. 1. pr. l. 7. §. 6. C. de curat. furios.* & in eo facta designatione curatoris, idque propter iudicium quod in eo præsumitur verissimum. *l. 16. §. fin. ff. eod. §. 1. Inst. de exc. tut.* filium facere prodigum, cur non propter rationis identitatem etiam infamem? (2.) Diversa esse: Utrum † pater in testamento filium facere possit in- 8. famem, & utrum infamem declarandi simpliciter credendum? Quod † si enim filius probari queat, vituperationem testamento adscriptam vel aliter effusam ex irâ 9. fervescente, delirio & animo minus deliberato factam esse, ab infamia eum immunem nec diffitemur, nec diffiteri possumus. *l. 1. ff. de inoff. testam. l. 19. C. eod. l. pen. §.*



10. *pen. ff. de curat. furios. l. 48. ff. de Reg. Jur.* Collegimus tñ-
de: injurias quæ ex perversitate hominum vulgariū ori-
untur causam infamiæ non constituere. *l. 3. C. de injur.* Ut
11. frustranei sint, qui recantatoriæ t̄purè pœnali actioni re-
12. stitutionem famæ inesse credunt. Diversum alii t̄putant,
si quod objecit injurians, verum fuerit. Sed hac ratione
in ignominiam cadet, injuriatus ob vitium per senten-
tiam pro tali declaratum, non propter injuriam ab altero
13. ut privato illatam. Quod t̄si ne crimen quidem fuerit,
quod objecit injurians; sed defectus aut alius casus hu-
manitatis, qui etiam cordatissimis subinde accidere pos-
sunt, tantum abest ut in existimatione honestus inde læ-
datur, ut potius firmissimum ideò contra exprobrantem
habeat injuriarum actionem. *arg. l. 2. C. quando & quibus*
14. *quarta pars.* præsertim t̄si injuriantem similibus subje-
ctum fuisse doceri queat. Id verò te dignum erat Valeri
Appius Claudius apud *Dion. Halic. Antiq. Rom. lib. 6. n. 52.*
ait, aliis vitia contingentia objicere, eam ipse talibus imò
criminibus sis obnoxius. *Conf. Dn. Carpzov. lib. 2. tit. 5.*
Resp. 61. n. 10.

Pos. XIV.
Affine.

- Coronidis loco adhuc unum contemplari lubido
1. est. Affine videlicet infamiæ, quod t̄erit levis notæ macu-
la. *l. 27. C. de inoffic. test. l. 3. §. 2. ibi: sordi. ff. de Decur.* origi-
nem non ut infamia ex delicto trahens; sed vel ex sordido
vitæ genere, quod quis exercet, vel ex illegitima nativita-
2. te. *Excell. Dn. D. Struve Exerc. ad w. 5. 8.* Propter t̄ sordes
maculantur carnifices & excoiatores. Nec enim virtutem
sectari; sed ingenii mali promptitudine aut perversitate
potius facilè ad quævis inhonesta trahi creduntur, qui in
istiusmodi vitam traducunt, quæ pudori indigenis sunt
& à quibus quisque ingenuus abhorret. *Aristot. 3. polit. c. 5.*
Romani

4

Romani t̄ hinc noluerunt civitatem talibus contaminari 3.
 hominibus, proinde eos cum progenie civium numero
 excludebant, & adeò prosequabantur ignominia, ut nec
 permitterent intra mœnia lares eorum esse. Ita ille
 apud Plautum: Extra portam prius currendum est, La-
 nios inde accersam duos cum tintinabulis. *vid. Gædd. ad*
l. 103. n. 4. ff. de V. S. In eodem t̄luto cum carnificibus hæ- 4.
 rent excoriatores, quales sunt plerique opiliones, ut ha-
 ctenus videre non potuerim, quî fieri queat ut alter ho-
 rum quoad maculum præferatur alteri aut postferatur.
 Coriariam exercere malum omnibus esse, ait *Ardemido-*
rus lib. 5. c. 53. & cerdones, quod mortua animalium cor-
 pora abjectant exosos ideo haberi & odiosos. Unde etiam
 est, quod carnifices & excoriatores in *Ord. Polit. de anno*
1530. tit. Von Nachrichtern. conjungantur. ibi: *Die Büch-*
tiger / Nachrichter und Feldmeister oder Abedecker. Pro-
 pter t̄illegitimos natales nota aliqua (non facti infamia, 5.
 quod putavit *Bachov. ad Trentl. Vol. 1. D. 8. 0. 8. lit. A.*) la-
 borant ex damnato coitu nati *Auth. quib. mod. nat. eff.*
sui. §. fin. & spurii. l. ult. C. de natur. liber. Magnif.
Dn. Carpz. p. 3. c. 10. d. 10. n. 7. Quanquam t̄enim hi, si ex 6.
 liberâ matre nascantur, integri status homines appellen-
 tur. *§. 1. Inst. de Ingen.* Id tamen de integritate privata con-
 ditionis intelligendum esse, apparet ex iis quæ supra po-
 sit. i. diximus, non dignitatis, utpote cui ex eo, quod pa-
 trem non habent, aut honestè eum nominare non pos-
 sunt, non nihil detrahitur & derogatur. *l. 3. pr. ff. de liber. &*
posth. Urgent: id t̄ramen prærogativæ spurios præ legiti- 7.
 mis habere, quod illicò à momento nativitatis, ut posthu-
 mi patres familias existant, quale nomen triplo dignius
 habetur, quàm filiorum familias. *§. 2. Inst. per quas perso-* 8.
nas

fin-
 ori-
 . Ut
 i re-
 ant,
 one
 ten-
 tero
 erit,
 hu-
 pos-
 e la-
 tem
 uibus
 bje-
 aleni
 n. 52.
 imò
 tit. 5.
 bido
 acu-
 rigi-
 dido
 vira-
 rdes
 tem
 tate
 ui in
 sunt
 . c. 5.
 nani



nas cuiq; acquir. Sed apparet, confundere eos emancipati-
onem à parentibus factam, cum cã, quæ à lege immediatè
exercetur. Non repugnamus, honorabile esse, si à pa-
rente (pro quo semper præsumptio affectionis militat)
quis manumittatur & sui juris efficiatur. *l. i. pr. ff. si à pa-*
io. rent. quis manum. at si à lege id fiat, ideo, ut à familia quis
excludatur, emancipatus ignominiã & nota expers esse
non potest. *arg. l. adoptatum. C. d. t. Bart. in tr. de insign.*
& arm.

Atque ita modos & causas irrogandi vidimus. Reli-
quum esset, ut ita infames redditos & maculatos per ob-
jecta juris, tanquam linum per carmina traheremus, &
quid ibi possint, scrutaremur, item anne illis modis in-
quinandi præservativa & jam contaminati recuperatoria
remedia, quibus infamiam corrigere liceat, habere que-
ant & qualia illa sint investigaremur. Sed lubentes di-
scursui nostro hæc, ne illum nimis extuberent, detra-
ximus, commodiori tempore ea persecuturi,

Interim: DEO TFR GLORIOSO SIT
INFINITA GRATIA!

F I N I S.



ULB Halle

3


005 132 584



VD 17







I A.
m. Sci-
mus, it a
er arum
Vide eū
os per-
is nun-
, quas
abunt,
lem sci-
ferme
formas
ialiora
os ani-
, exem-
ungent
in actu
m, sine
r, Gra-
aphiam,
& adfe-
octrinæ
omni-
a, quæ
ite reli-
unt ma-
n futuri
struxe-
polit. IX
us Clap-
politico,
dii poli-
os di-

1659

~~VIII~~

1659/11

89

13

DISSERTATIO JURIDICA
DE

INFAMIA ET EJUS IRROGANDI MODIS,

Quam

Divina auxiliante gratiâ,

Consentiente & approbante Magnifico ac Nobilissimo
Jctorum in illustri Academia Salana Collegio,

SUB PRÆSIDIO

VIRI NOBILISSIMI, AMPLISSIMI
ET CONSULTISSIMI

DN. WOLFGANG-ANDREÆ

Keybers / Cygnea-Misnici, J.U. Doctoris & Reipu-
blicæ Patriæ Senatoris Primarii.

Publicæ placidæque disquisitioni subjicit

CHRISTIANUS Schlotthauer ISLEB.

In Auditorio Jctorum

add. Julii Anno 1659.

horis consuetis.

J E N Æ,

Literis SAMUELIS KREBSII.

